



In anglia quā tū albion tū britāniā veteres vocauerunt. Rex henricus solitudinis ac oculi cupidus alieno magis quam suo iudicio regnum gubernauit. potens apud eum in primis auditus dux sossuliti fuit. qui leges pro suo arbitratu et populi et principibus dixit. sed cum res anglica apud francos minus cepisset et iam impium gallicum in pristina gloria emergeret. dux eboracensis coactus non paucis copiis nec paucis stipatus baronibus londoniam venit regis consilium mutatur atque ut ipse dicebat regi et regni saluti consulat. non expectauit eius aduentum sossuliti sed nauigio rapti cor repto per themisiam fluvium saluti sue fuga consulere aduersus eum. sed destinata quae morte fugiat. missi qui eum comprehenderent per copedia itinere cursu eius peruenire. ipsi quoque mox interemptum in proza nauis quam uehebatur obtruncauerunt. dux quoque somerseti qui perditam normanniam in angliam remeauerat potens apud regem credebat. in carcerem coiectus est. nobiles viri complures necati. nec sacerdotio perditus parsus est. Inter quos et amicus noster adams molynes secreti regis signaculi custos et sancti cultor amisso capite truncatus iacuit. nec diu postea cum dux eboracensis domum redisset somerseti princeps e carcere missus permittente rege gubernare regnum cepit. quae res summe sibi cladis causa fuit. Irritatus enim ob eas causas princeps eboracensis cum maioribus copiis quam prius londoniam peruenit. cui cum rex obviam una cum duce somerseti exiisset putans illum aut vobis lenocinio placare aut regie maiestatis auctoritate deterrere. nihil profecit. Ebroacensis quoque cum esset longe potentior iussu rege ut in partem se reciperet in somerseti ducem ac eius equitatum irrupit eumque mox captum truncato capite interfecit.

De Scotia

Scozia eius in insule in quo est anglia summa portio est in aequilonem versus. fluminibus haud magnis et monte quodam ab anglia discreta. Hic nos brunali tempore fuimus cum sol paulo amplius quam tris horas terram illuaret. Jacobus eo tempore regnabat quadratus et multo abdomine grauis. qui cum olim in anglia captus. xi. annis in custodia fuisset. ac dimissus tandem suscepta ex anglica coniuge domum reuersus plures regulos gladio percussisset. et ipse tandem a suis domesticis interfecit est. Inter quos vltimo pacta filius eius regnum suscepit. Audiueramus nos olim arborem esse in scocia quam supra ripam fluminis enata fructus produceret anetaz formam habentes et eos quidem cum maturitati proximi esset sponte sua decidere. alios in terram. aliam in aquam. et in terra detectos putrescere. in aqua vero dimersos mox aiatos enatare sub aquis et in aera plumis penibusque euestigio euolare. De qua re cum audire iuestigare didicimus miracula se remota fugere famosamque arborem non in scocia sed apud olchades insulas inueniri. Illud tamen nobis in scocia miraculum presentatum est. nam pauperes pene nudos ad ecclesias mendicantes accepti lapidibus elemosine gratia datis letos abisse conspeximus. Id genus lapidis siue sulphurea siue alia pinguis materia perditum pro ligno quo regio nuda est comburitur.

De Hibernia

Hibernia nunc nobis absoluenda est que pro a britannia disincta freto. partis libera. scotorum amicitia societateque gaudet. partim anglicano pareat imperio. Sed quoniam nihil dignum memoria per hoc tempus de quo scriptio est gestum accepimus ad res hispanicas festinamus.